



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 127. Responsum ad hunc libellum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

„supplices rogamus, milites nuper con- Sæcul. XVI.  
 „tractos dimiserit, & edicta pactis con- A C 1566.  
 „traria revocaverit: hac enim ratione  
 „adeo nos Regi, ejusque Celsitudini  
 „erimus obstricti, ut fortunas nostras,  
 „ac vitam ipsam utriusque dignitati  
 „posthabituri simus: secus vero præ-  
 „videmus animo magnam populorum  
 „cædem, imminentemque patriæ rui-  
 „nam, quam prædixisse, & quantum in  
 „nobis fuerit, avertisse, satis nobis est:  
 „interim quamvis hæc mala nobis  
 „justam inferant afflictionem, id  
 „sæltem solatii nobis erit reliquum,  
 „quod nulla nobis culpa imputari  
 „potuerit.,,

### §. CXXVII.

#### *Responsum ad hunc libellum.*

Hoc postulatum Gubernatrix in se-  
 cretiori Senatu recitavit, paucis-  
 que post diebus communicatum cum  
 eisdem Senatoribus responsum Brede-  
 rodo misit, in quo hæc exponebantur:  
 „Mente non assequor, qui Nobiles sint  
 „ii, quique populus Belgarum, quo-  
 „rum nomine hæ literæ fuerunt missæ,  
 „cum plerique eorum Nobilium, qui  
 „Aprilii mense supplicarunt, non modo  
 „satisfactum jam sibi contestentur, sed  
 „etiam quotidie operam suam Regi  
 „oblatum veniant: porro Conciones a  
*Hist. Eccles. Tom. XLVII. Pp* „me

Sæcul. XVI. „me tantummodo fuerunt permisæ,  
 A.C. 1566. „idque animo sat repugnante, nec ta-  
 „men unquam potestate feci, Eccle-  
 „siaisticos Senatus instituendi, creandi  
 „Magistratus, tributa imperandi, cor-  
 „rogandique super vicies centena flore-  
 „norum millia, catholicorum, hæreti-  
 „corumque matrimonia, atque adeo  
 „successiones, honoresque confundendi,  
 „minus vero permiseram Calvinianas  
 „cœnas, & quotidianos cœtus, in quo-  
 „rum plerisque cum Principis, & Magi-  
 „stratum auctoritati palam derogetur,  
 „ac nova paulatim Respublica induca-  
 „tur, ipsimet perpendite, quam verisimi-  
 „le sit, quod hæc, quæ tamen vos tan-  
 „quam cœremonias Religionis inter-  
 „pretamini, tanta cum divinæ Majesta-  
 „tis, & Regis injuria peragi indulserim:  
 „securitati ecquidem vestræ cautum a  
 „me fuit, cautioque servata, ac servan-  
 „da etiamnum, non tamen in iis, quæ  
 „adversus Religionem, ac Regem per-  
 „petrantur: de cetero cur vos, qui vio-  
 „latam fidem queri non abhorretis, si-  
 „lentio transmittitis, post acta, con-  
 „ventaque Augusto mense, nihilominus  
 „tam multa perfide, ac sacrilege pa-  
 „trata, templa direpta, eaque ejectis  
 „inde Religiosis familiis occupata, con-  
 „ciones advocatis aliunde hæresum  
 „buccinatoribus, eo, ubi auditæ antea  
„non

„non fuerant, vi, atque armis inductas, Sæcul. XVI.  
 „urbes, atque provincias ad seditionem,  
 „defectionemque literis, aut per emis-  
 „sarios sollicitatas, aliaque, quorum  
 „authores fuistis vos ipsimet, qui nunc  
 „supplicare audetis? vestro nimirum  
 „patrocinio populus ausus est tormen-  
 „ta bellica, munitionesque Regis in-  
 „vadere, Principis ministros expel-  
 „lere, exercitus conducere, atque ad  
 „tympanorum sonitum in aciem pro-  
 „dire: cœnobia, ædesque nobilium fer-  
 „ro, flammaque vastare, urbes occupa-  
 „re, Catholicos omnes, ne me quidem  
 „excepta, ad cædem designare, ingen-  
 „temque universo Belgio cladem oc-  
 „culte moliri, nisi interceptis nefario-  
 „rum literis ad Valencenales, execran-  
 „dis adeo consiliis divina bonitas in-  
 „tercessisset. Porro ex his omnibus  
 „ipsimet intelligere potestis, quam im-  
 „portune postuletis, ut abrogentur e-  
 „dicta, ac milites exauthorentur, sicque  
 „exarmata in hunc modum justitia im-  
 „proborum injuriis, ac contemptibus in-  
 „feliciter exponatur: ast neutrum, ne  
 „vos ignoretis, me facturam palam  
 „profiteor, imo potius novis, si opus fue-  
 „rit, legibus, atque militibus firmabo in-  
 „de Rempublicam, gladiumque, quem  
 „portare Principes voluit Deus, hoc  
 „maxime tempore non deponam. Sua-

P p 2

„deo

**Sæcul. XVI.**  
**A.C. 1566.**

„deo itaque vobis, ut a publicis cer-  
„te negotiis abstineatis, ac res quisque  
„ex vobis suas in posterum curet: ne  
„Regem brevi affuturum ingenitæ be-  
„nignitatis, ac clementiæ oblivisci co-  
„gatis: omni equidem ope curabo, ne  
„illam, quam vos comminamini, rui-  
„nam per hosce vulgi tumultus, ac po-  
„puli seditiones Belgium patiatur,,

Hæc Gubernatricis responsio  
mox typis vulgata  
prodiit.



INDEX